

ad tertium nunc elementum pergamus, quod uinum
nobile indicat, at quis nobilitatem et præstantiam
diuini huius liquoris digne explicet, quis digne de-
predicet, quis deniq; dignis laudibus exipiet? in quo
primum patrasse miraculum in Euangelicis historijs
Christum legimus, certe si nobiliorem liquorem sa-
pientia et scientia suprema et diuina, cui nota,
et perfecta sunt omnia, nouisset, aquam in uinum
nequaquam commutasset, sed imprimis ortum uini in-
quirere, ad præstantiam, et nobilitatem eius magis
exprimentam iuuabit, an quomuis terram incultam
infœcundam aut sterilem uitis abundare creditis.
uehementer, qui talia opinantur errant, nam non
sicut aqua oppletos uidemus ^{uino} quosuis terre hiatus
et locos fœditos oppletos, nostras si regiones inspicia-
mus, non quouis in loco uineda inueniemus, si exteras
regiones, pauiores inueniemus, quod ex Veterum
Romanorum monumentis facile liquet, uina enim
quæ ueteres Romani potabant, sicut et alij, à loco
in quo nascebantur nomen traxere, inter quæ nobi-
liora fuere uina Imelia, Lesbica, Veientana, Alcor-
dia, obijciat autem quispiam, cum de Romanis sermo
sit, cur olim Romanis mulieribus ueditum fuerit